



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

95. An Missa incepta possit, superueniente aliquo Principe iterum  
inchoari? Idem est de superuenientibus Marchione, Comite, Cardinale, &  
Episcopo. Et an hoc fieri possit dicto Euangelio, imò vsque ad ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

# Atque de SS. Euchar. Sacr. Ref XCV.

53

chias, luego mayor podrá repetir vii pedago de Mis-  
sa, sic ille. Et idem hanc opinionem probabiliorem  
existimat Villalobos in summa ton. i tr. 8. diff. 3.1.  
num. 9.

2. Itaque afferunt in tali casu posse Sacerdotem  
repetere Missam inceptam usque ad Offertorium ex-  
clusum, ita Bardi *vbi supra*, qui postea subdit, si quis  
velit nos cogere ad respondendum, num sit peccatum  
graue repetere omnia, etiam usque ad Canonem ex-  
clusum, dico quod quamvis ad damnandum aliquem  
Sacerdotem id facientem, non habeamus efficax ar-  
gumentum; nihilominus ad afferendum eum temere  
operari, sufficit authoritas Theologorum, qui non  
admittunt repetitionem: nisi eorum, que anteced-  
unt offertorium, & etiam in re ista satis videtur con-  
gruens praedicta, proinde licet non aperte damnar-  
em repetentem usque ad Canonem, neque possem  
illam excusare a peccato graui: tamen apud me res  
est valde dubia.

3. Ita ille: sed ego sine formidine puto in tali  
casu Sacerdotem repenterem Missam usque ad Ca-  
nonem exclusum peccare mortaliter: non enim pa-  
rum concedimus, ut dictum est, si licet ei repetere  
usque ad Offertorium exclusum: Et quidem non de-  
sum Authores afferentes Oblationem, qua sit in  
Offertorio esse vinam ex partibus essentialibus Sacri-  
ficij Missae.

4. Sed hic potest curiosus inquirere, an repeticio  
supradicta, quando superuenient vir magna nota, &  
illalibet, fieri possit etiam diebus ferialibus? Et af-  
firmatione responderet Bardi *loco citato n. 10.* quia, ait  
ipse, et si praeceptum de Sacro non vrgat, nihilominus  
quia nos non fundauimus sententiam nostram  
in adimplitione praecepti, sed potius in iusta & ho-  
nesta deuotione personæ magna dignitaris, idcirco  
consequenter discurrentes, afferere possumus, etiam  
diebus ferialibus id esse licitum, decet enim Episco-  
pos, & alios fideles quotidie sacram integrè audire;  
& scire cupis propter quas personas licet Sacerdoti  
repetere Missam inceptam, dico esse Principes supremos  
non recognoscentes superioritatem; item Proreges,  
Cardinales, Nunctios Pontificum, Episcopos, Orato-  
res Regum, Magnates Hispaniarum, Inquisidores  
Maiores, Commissarios Cruciatæ, Praesides Supremo-  
rum Consiliorum Regis, non autem eorum Consiliarii, &c. nec etiam eos, qui vulgo dicuntur *Tirolati*,  
nisi forsitan inueniantur in terris, in quibus domi-  
nium habeant.

5. Et tandem quærit P. Bardi *vbi sup. n. 1.* si re-  
petitio Missæ, modo quo supra dictum est, efficeret  
pro personis ordinariis, & insigne conditionis, an  
Sacerdos in tali casu peccaret grauiter. Et respondet  
se non dubitare quin sit peccatum veniale, quia est  
contra proximam Ecclesiæ, que pro personis tantum  
qualificatis id permittit: at non possunt firmiter, &  
confanter afferre esse peccatum lethale, sed id re-  
mitto prudentia, & iudicio Theologorum. Ita Bar-  
di, sed ego sine formidine affer in tali casu Sacerdo-  
tem lethale peccatum committere, & esset enim trans-  
gressio in re graui propter irreuerentiam erga Missæ  
Sacrificium, ut patet ex consuetudine Ecclesiæ, que  
talis actio cohonestat in ordine ad illustres personas,  
non autem quoad infimas, & exiguae nota.

6. Verum omnia superioris dicta procedunt in sen-  
tentia affirmativa supradictorum Authorum, mihi  
autem magis placet sententia negativa, quam inetur  
P. Thomas Tamburinus *opus de sacra Missa, lib. 2.*  
*cap. 7. §. 8. n. 2.* *vbi sic ait:* Concedunt aliqui si super-  
venient Præcepis, vel Prælatus, vel processio populi,  
vel similes, auditurique sine sacrum, possit Sacerdo-  
tem intertrumpere Missam, & iterum incipere si aliis

sacerdos non sit, & celebrans solum progressus fue-  
rit usque ad Oblationem exclusum, non vero si vla-  
tra; inquit id non praxi obseruatum esse testatur Na-  
uattus, & Henriquez.

7. Mihi quidem haec concessio non placet, sicut  
nec placuit supra, quod propter similem aduentum  
potest ab eodem bis eodem die celebrari. Ratio est,  
quia eiusmodi aduentus non afferat tantam necessita-  
tem, qua superare possit irreuerentiam interrupcio-  
nis Missæ, quandoquidem illi, cum non suppetat alia  
Missa, ad integrum audiendam non obligentur: Ma-  
xime ergo laudandum est decretum Mediolanense, in  
quo absolute caetur, ne quis Missam semel inchoa-  
tam repeatat: id quod proxim à Nauarro allatum,  
nec solido fundamento nixam meritò corrigit. Haec  
Tamburinus, & licet aduersus illum insurgat Pater  
Bardi *vbi supra*, sciat vir doctissimus, & amicissimus  
opinionem Patris Tamburini, præter Gayantum, Ro-  
driguez, & Diaz, ex eius Societate, docere fortissi-  
mum committonem, & qui apud me instar plurium  
est, nempe Iacobum Granadum in 3. part. D. Thom.  
contr. 6. tr. 1. 4. disput. 10. n. 4. sic afferentem: Post  
inchoatam vero Missam non expedit illum iterum in-  
choare, etiam si persona magna authoritatis adue-  
nit, & dies sit Festus. Unde strictè sub excommuni-  
catione præcipit Synodus Hispanensis *tit. de celeb.*  
*Missarum, cap. 8.* ne peracta confessione inchoetur  
iterum Missa, licet adueniat persona cuiuslibet digni-  
tatis. Huc velque Grapadius, Agnosco amic Lector,  
nostram sententiam firmatam esse à duabus Synodis  
Provincialibus, in quibus tot sapientissimi Antisti-  
tes, & Theologi, ac Canonistæ extiterunt. Et P. Her-  
mannus Buñen *in medulla Theologiae moralis*  
*lib. 6. tr. 3. cap. 4. sub. 3. n. 5.* obseruat, opinionem af-  
firmatiuam non esse in ylo, & ad ea, qua contra  
Tamburinam afferit P. Bardi responderi potest, talem  
actionem non posse cohonestari ex deuotione perso-  
nae insignis dignitatis & nota: nam illa deuotio est  
potius repellenda tanquam indiftera, nec dignitas  
illustris persona potest, nec debet aliquid operari  
contra irreuerentiam debitam venerabili sacrificio  
Missæ. Non nego tamen opinionem affirmatiuam  
Patris Bardi, & aliorum esse probabilem.

## RESOL. XCV.

*An Missa incepta possit, superueniente aliquo Principe  
iterum inchoari?*

*Idem est de superuenientibus Marchione, Comite, Car-  
dinali, & Episcopo.*

*Et an hoc fieri possit dicto Euangelio, immo usque ad Ob-  
lationem exclusum?*

*Et non approbat id quod aliqui Sacerdotes faciunt,  
addendo tempus mediandi non assignato in Rubricis  
Missalis; quia nouam ceremoniam, & cultum pecu-  
liarem addunt ab Ecclesiæ non præscriptum. Ex p. 10.  
tr. 12. & Miso. 2. Ref. 11.*

§. 1. **N**egatiuè responderet Tamburinus, *Opus de  
Sacra Missa, lib. 2. cap. 7. §. 8. num. 2.* Ratio  
est, quia eiusmodi aduentus non afferat tantam necel-  
litatem, qua superare possit irreuerentiam interrup-  
tionis Missæ, quandoquidem illi, cum non suppetat  
alia Missa, ad integrum non audiendam non obligentur.  
Maxime ergo laudandum est decretum Mediolanense,  
in quo absolute caetur, ne quis Missam semel inchoa-  
tam repeatat: Id quod proxim à Nauarro  
allatum, nec solido fundamento nixam, meritò cor-  
rigit. Ita ille.

Sup. hoc in  
Ref. præteri-  
ta, & si pla-  
cer, legeveri.  
cuius anno?

E 3 2. Sec

Tom. II.

# Tract. I. De Celebrat. Missarum,

54

2. Sed sententiam Nauarti, & aliorum satis probabilem esse existimo, quam præter Scottiam, & Layman, à Tamurino citatos, approbat nouissimè P. Dicastillus de Sacram. tom. i. tract. 5. diff. 4. dub. 13. n. 2. 13. vbi sic ait: Quæri vñterius potest, an incepit Missa possit iterum à principio inchoari superuenient alieñus viri Principi, & illustris superuenient post generalem peccatorum confessionem, aut post Gloria in excelsis Deo, vel post Epistolam quoque recitatem? Respondeat cum Nauarro, & Azorius *supra*, & aliis, post; hæc enim sufficiens causa videtur iterum Missam inchoandi. Exemplum ponit Azorius in Cardinali, Episcopo, Marchione, Comite. Ego quidem non solum dicta Epistola, sed dicto etiam Euangelio fieri posse puto; imò usque ad oblationem exclusus: est enim eadem ratio de Euangelio, & de symbolo, illaque quasi antiphona qua præcedit Offertorium, & in Missali appellatur *Ad Offertorium*.

3. Nota hic obiter. Dicastillus *vbi supra*, n. 269. non approbat id quod faciunt aliqui Sacerdotes, addendo tempus meditandi, non assignatum in Rubricis Missalis. Sic itaque afferit: Hinc etiam est, quod cùm idem sit de ceremoniis, atque de verbis, siue detrahendis, siue addendis præter assignatas à Pontifice; & inter alias ceremonias, & ritus colendi Deum in Missa numerantur tria illa tempora orandi, aut meditandi; scilicet in *Memento* primo pro Viuis, & in *Memento* secundo pro Defunctis; tandem tertio post sumptionem Corporis, vbi in Canonice Missa dicitur in Rubrica illius, *Quæcunque aliquantulum in meditatione sanctissimi Sacramentorum*. Hinc, inquam, est addere quartam orationem, seu meditationem, & quartum tempus sic quiescendi, & orandi etiam mentaliter, esse nouam quandam ceremoniam, quam tamen addunt aliqui plus nimium deuoti, qui antequam sumunt Corpus Christi in Missa per aliquod tempus cum illo in manibus perseverant orantes: quod etiam mentaliter faciant in illo situ, & habitu corporis perseverantes, iam addunt aliud similem cultum ei, quem postea meditando exhibent ex præscripto Ecclesiæ post sumptionem eiusdem corporis: quod ostendit, illum esse peculiarem cultum ab Ecclesiæ præscriptum. Ergo nouum addunt contra Ecclesiæ præscriptum. Ideo illos appellavi plus nimium deuotos: unusquisque tamen in suo sensu abundet. Hæc ille.

## RESOL. XCVI.

*An quæ in die Nativitatis Domini facit Officium Diaconi, & sumit Eucharistiam ex manu celebrantis, possit postea dicere saltē duas Missas?*  
Et notatur, quod Cardinalis qui in Sacello Pontificio dicit Missum Nativitatis Domini ante medianam noctem, non potest postea dicere mane alias duas Missas. Et aliud nouum dubium reiicitur pro hac difficultate, scilicet, an ex eo, quod sacrificium possit sufficiere pluribus, Sacerdos satisfaciat unico Missa sacrificio pro multis obolis oblatis cum onere celebrandi, ablatio nomine stipendi, & mutato in oblatione, &c. Ex p. 11. tr. 4. & Mis. 4. Ref. 43.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 1. Ref. 54. §. vlt. & ne deferas hic infra legere Refol. 128. per rotam, & signaver §. Sed ad lin. 4. &

9. 1. **A**ffirmat̄ responder Hieronymus Columbus de Hierarchia lib. 4. c. 70. n. 14. vbi sic ait: Obiter in hoc loco occasione eorum qui sibi licitum esse putant cessare sapientia à sacrificio; non pigeat à simili alium scrupulum tollere: An Sacerdotes, qui in die Nativitatis Domini in Missa solemnii Diaconi officium gerentes communicant de manu Episcopi, possint eadem die celeb̄rare saltē alias duas Missas

constitutas. Ratio dubitandi istorum est, quod factas in illa recipiendi per Eucharistiam, solum Sacerdotibus data est in repetito ter Missa sacrificio: Sed sacerdos Presbyter illa die velut Diaconus Pontifici ministrans, de manu illius communicat, non igitur illa poterit veluti Presbyter offere sacrificium, sed saltē se legitimè poterit excusare. Respondeo, quod hæc excusatio non petita, est accusatio manifesta modicæ deuotionis, & scrupulosæ conscientie, à 1600. annis usque adhuc nulli venit in memori; quod si ex quotidianis distributionibus Sacerdotum haec die singulis tribus Missis centum autē assignentur, nemo esset qui se tripli sacrae actionis munere prohiberet: arque tunc omnes simul Doctores conuenient, memores illius regulæ iuris, quod prævilegia sunt amplianda, non restringenda, & quod Presbyter communicans de manu Episcopi, in una Missa velut Diaconus, non per hoc celat esse Presbyter illa die, sed ad horam tantum impedit missarum illud inferius Episcopo, ac per hoc non auget ius celebrandi reliquias Missas, quæ illius die diversis horis sunt deputatae: hoc etiam statu iuris Suaricæ, ac meliorum Doctorum sententiam, quod tota hac die sacramentina, à noctis dimidio ius spirituali liceat omnes, ac singulas Missas celebrari quilibet Sacerdote censuris canoniciis non impedit, & hoc maximè deceat illa die exhiberi tripliciter munus diuinæ Majestatis ut memoriam ut gratiam Saluatoris, primò velut Verbum ab æternæ mente patrantis: Secundò corporaliter de Maria Virgine factus homo: Tertiò quotidie spiritualiter in corde suorum fidelium. Quia inquam ter repetitiæ actione sacrificii hac die vito spirituali, nulla maior toto anni circuito spirituali suavitatis, ac iucunditas, ac pingued spiritus est potest: Vnde à nullo penitus aque potius renuenda est. Ita ille.

2. Sed proslus hæc opinio est reiicienda, vppone te, primò contra præximam, & sic Roma in Ecclesiæ D. Petri Cationicus, qui facit officium Diaconi in prima Missa, & sumit Eucharistiam à celebrante, potest non celebrari, & idem facit Eminentiss. Cardinalis, qui in Sacello Pontificio ministrat ut Diaconus in Missa Papali, & recipit species sanguinis à Pontifice; nam postea non audet celebrare, ut offerant alibi cum Cardinali Lugo.

3. Et ratio est, quia Sacerdos qui sumpsit Eucharistiam more laicorum, non potest in illa die amplius celebrare; priuilegium enim dicendi tres Missas in illa die, concedit celebrantibus: Ideo si semel Sacerdos sumpsit Eucharistiam more laicorum, amittit ius in illa die ad sacrificandum. Nemo enim potest sumere Eucharistiam extra, & ultra Missam.

4. Nota etiam hic cum Dicastillo de Sacram. tom. i. tract. 4. diff. 9. dub. 17. n. 410. quod Cardinalis qui in Sacello Pontificio dicit Missum Nativitatis ante medianam noctem, non potest postea dicere medianam noctem alias Missas, quia cum iam celebrauit pro die Nativitatis ex predicta Indulgencia Papa concedentis, aut mandantis anticipare eam actionem intra ipsam solemnitatem, & festum, non ceterum pro rati Cardinali manere locus celebrandi post medianam noctem, siue posset, si non celebrasset. Quia ratione si esset præceptum non dicendi bis Matutinum in comedem feito, & ex priuilegio posset quisid quod nunc possumus dicere Matutinum pro die sequenti anticipat, scilicet ante Solis occulatum, aut medianam noctem, non posset iterum dicere post medianam noctem, quia vñens tali indulgentia, ceterum dixisse pro illa die, & celebrate, ad quam spectat illud Matutinum Officium.

5. Vnde ex his non sunt admittenda ea, que a. scđ